Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



109.

a passionibus et vmaulis liberatus fuit. testis ipse

Miracula in processu inquisitionis generalis obtenta.

Vxor et vxor | Mortuari curati et suscitati numero xxvi.

per xiii. ebdomadas maxima infirmitate gra
uati in egritudinis lecto decumbentes. prius desti
tuti se voluere non poterant. demũ per octo dies
ratione et loquela carentes ab omnibus mori pu
tabantur. voto p eis emisso. rationes recuperare et
loqui et melius habere cepere. votũ huiusmodi
post octo dies personaliter complentes. testes ipsi
duo. contes. i. eraudiri. Mulier per iii. ebdoma
das in egritudinis lecto constituta agonisans cum
candelis ardentibus mori putabat. voto emisso statim
melius habere cepit. et in die reconualuit. tes. ipa. con
tes. i. eodem loco examinatus. Infans per xiii. dies gra
ui infirmitate molestatus adeo q nihil alimenti rece
pere valens. oculis iam destructis. ac in eo signis mor
talibus apparentibus. nullus amplius vitalis spus in
eo sencebatur. exterioribus membris infrigidatis p
mortuo habebatur. voto per parentes emisso. statim
respirando oculos aperuit et colores in melius mu
tauit. et voto cõpleto statim apud tumbas omnimo
dam sanitatem recepit. et hodie viuit. Testis georgi
us baro pater. hi contestes ii. eodem loco examinatos.
Infans subitaneas infirmitates incidens per totum
diem neq oculos aperire neq ãplius loqui poterat.
putabaturq moriturus statim. voto per matre emis
so. statim conualuit. testis nicolaus frid cũ litteris cere
cialibus domini sui. Alius per vi. ebdomadas maxi
ma infirmitate grauatus. nonnũq per tres dies semi
mortuus iacens ab oibus mori putabat. facto voto sta
tim melius habuit. et in breui oio sanatus fuit. testis
pater Mulier tanta infirmitate grauati q duobus
diebus semimortua iacebat. et cũ candelis ardentibus
ipsius obitus expectabatur. emisso per patres voto me
lius habere cepit. et infra paucos dies oio sanata fu
it. testis mathias pater. Infans tantã infirmi
tatem incidit. vt quasi nihil vite in eo apparebat.